

1559^o die 4^{ta} Novembris

215
Ex. ms. Bielinsiano.

Littera regiae ad Mr. Cromerum.
Venerabilis devote nobis dilecte. Reddite sunt
nobis litterae, a D. tua quibus nos fecit certiores
nondum istuc venisse Oratores Imp. D. Phi-
lippi regis ad transactionem de negotiis nris Ba-
reni instituentiam tum etiam nondum sibi ex-
hibitam esse declarationem ad ea mandata quae
nobis S. D. Philippus rex, ad praefatos Nea-
politanos dederat de rebus mobilibus hinc
olim de parentis nri nobis restituendis. Quam
tamen declarationem existimamus haecenus D.
tua datam esse, aut si nondum data sit,
volumus ut D. tua de ea apud Ces. m^{tes} di-
ligentissime mites. Quod legatos nros atti-
net mittimus iam istuc Veneslaurum Petrum
Myskowski, Scholasticum Crai. et regni nri se-
cretarium, quem eo ad constitutum diem con-
ceptionis Mariae, perventurum esse operemur.
Alter quem ex Senatu ad eam legationem
obeundam, designaveramus non nullis do-
mesticis rationibus impeditus videtur horten-
pore a regno abesse non posse. Itaq. opus
erit fortasse, ut alium quempian in ejus lo-
cum senatoria dignitate sufficiamus, quae
res si non nullam in ea causam et transactio-
ne instituentiam moram adulerit. D. tua ea
apud Ces. m^{tes} exsuscitare curabit. Exponet
quoq. D. tua m^{tes} illius habuisse nos lit-
ras ab M. D. Joanne Sigismundo electo
rege Ungariae nepote nro, quibus nobis signi-
ficavit de sua voluntate ad pacem et a-
mitiam, cum Ces. m^{tes} stabilendam, prope-
sa tum de sententia sua, instituentiam
Ces. m^{tes} ejus tractationis ejus conditio, per
Imam olim D. parentem ipsius suscepta
esset. Itaq. missurum se ad Ces. m^{tes}
ea Vere

ea de re legatos esse. Qua de re tota, ut D. tua
plenius cognoscat, mittimus ad eam exemplum
literarum, quas ea de re ad nos scripsit. Scribi-
mus etiam ad vos. mittimus literas, in negotio-
Livonio, quas D. tuas illius nobis reddet. De pe-
cunia in sumptus D. tue, curae nobis erit ut
per primum nuntium prospiciamus quo illi
istud per aliquem ex mercatoribus numere-
tur.

Wysłażca, w dwojmu listku do Waszow i Hanz; do tego nie ma.
Kiel Weg: przagnie 39004.